

**Sermo**

**F**ratres. sic nos existimet homo ut ministros xpi et dispensatores ministerioꝝ. Hic itaq̃ queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Dibi autem p̃ minimo est ut a vobis iudicer aut ab humano die. Sed neq̃ me ip̃sum iudico. nihil em̃ mihi scius sũ. sed nõ in hoc iustificatus sum. Qui aut̃ iudicat me dominus est. Itaq̃ nolite ante temp̃s iudicare: quoad usq̃ veniat dñs: qui et illuminabit abscondita tenebrarum. et manifestabit cõsilia cordium. et tunc laus erit vnicuiq̃ a deo.

**Evangelium** **Mat. xi.**

**I**n illo tẽpore. Cum audisset iohannes in vinculis opera xpi mittens duos de discipulis suis: ait illi. Tu es qui venturus es: an alium expectamus. Et respondens ihesus ait illis. Euntes renunciate iohanni que audistis et vidistis. Ceci vident. claudi ambulat. leprosi mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. Et beatus est qui nõ fuerit scandalizatus in me. Illis autẽ ab euntibus cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in deserto videre: arundinem vento agitatam. Sed quid existis videre: hominem mollibus vestitũ. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre. p̃phetã. Etiam dico vobis et pl̃s q̃ p̃phetã. Hic est em̃ de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faci-

**Quartus**

em tuam: qui p̃parabit viam tuam ante te.

**Eodem die.****Sermo quartus de euangelio.**

**Q**um audisset iohannes in vinculis opera xpi. Item in hoc euangelio iohes gerit formam hois penitentis. Et notatur in ipso duo. status et actus. Status q̃ in carcere. et in vinculis erat. Actus triplex. Audiuit em̃. misit. et interrogauit. Sic et penitens est in carcere corporis. Corpus em̃ quod ante peccatum erat palatium glorie: post peccatum cepit esse carcer miserie. In iob vii. Nunquid surdus ego sum per superbiam. aut cecus per auariciam. q̃ circumdediti me carcere. In hoc carcere ligauit deus hoiem post peccatum vinculis penalitãrum. que sunt septem. s. Fames. Sitis. Frigus. Calor. Labor. Dolor. et Doror. A quibz inustus dissolui cupit et esse cum xpo. Solutus aut̃ dicit. Dissolui om̃ia vincula mea etc. Eccl. iiii. De carcere cathenisq̃ interdũ quis egredit̃ ad regnũ. Ligauit aut̃ sibi hoiem deus tanq̃ seruũ fugitiuũ: ne de cetero fugeretur. Job. xii. Inossuisti in neruo. id est in cippo pedẽ meũ. Item tanq̃ furiosum ne sibi manus iniceret. Sapi. xvi. Hõ per maliciã. s. superbiam occidit animam suam. Item tanq̃ hostes rebellante: ut eũ sibi subijceret Job. xii. Sic me habuit quasi hostẽ suũ. Unde humiliat̃ ait. Introest in cõspectu tuo gemit̃ op̃vitorũ. hec vincula iust̃s humilit̃ patitur expectas b. ii.